

lucerna, ut docet David in Psalm. 2. sextam ibi. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis: & ulterius: A mandatis tuis intellexi, propterea odivi omnem viam iniquitatis: & iterum in Psalm. 1. nona, quod incipit, mirabilia testimonia tua, & ibi, Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis injulitia. Munera tamen, & malignantium persuasio executorem ab hac recta via & mandati tenore divertere, ac declinare faciunt & interdum perperam interpretari, aut intelligere mandatum. Ita clamans sentit propheta Rex Pal. 3. ad sextam, ibi. Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei: & in fin. ibi. præterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui: & Palmo 2. ibi, Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua: & Palmo 3. ad tertiam, Confundantur superbi, quia injustè iniquitatem fecerunt in me: & palmo 118. ibi, increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis: & Palmo 1. ad nonam ibi, Redime me à calumniis hominum, ut custodiam mandata tua.

num. 1. part. 3. Vantius tit. de defect. jurisd. d. n. 1. Paris. de gabell. part. 3. n. 57. Giurba decis. 96. sub num. 10. & nos infra cap. 6. n. 3.

Ac insuper executor, qui executoriales excedit; 65 aliud quidem separatim ab eis. & diversum facere dicitur, text. est in l. diligenter, ibi, nam qui excessit, aliud quid facere videtur, & c. ff. mandati, text. in l. si itaque mandatum, ibi, aliud fecit quàm quod mandatum est, 66 ff. de jurejur. l. sed ante ff. ad Trebell. l. parvi, in si ff. de recep. arb. gravamen autem illatum ultra sententiam tenorem, & quod in ea minimè continetur, novum quidem gravamen est, & excessus non admittendus. Innocen. in cap. super eo quod metus causa, Felin. in cap. quoad consultationem num. 16. de re jud. Ruinus consil. 78. n. 1. & 2. lib. 5. Capicinus decis. 1. num. 23. Roland. à Valle consil. 43. num. 3. lib. 1. Anton. Gabriel. commun. conclusio. lib. 2. cit. de appell. conclus. 4. num. 1. Gratian. in disceptat. foren. cap. 333. tom. 2. n. 2. & faciunt quæ diximus supra à hoc lib. 4. cap. 1. à n. 23. & magis in specie, & in individuo per Felin. ubi proxime tenet, per quem & per Ruinum idem notat Marquet. in tract. de commiss. l. 1. cap. 24. num. 72. & seqq. dicit etiam Bobadil. in polit. lib. 2. c. 21. sub num. 69. quod executor attentare non debet, nam cum ille cui hoc novum gravamen infert, nondum sit (ut requiritur) condemnatus, nec in sententia comprehensus, novo judicio adversus eum est agendum, sive actione personali, sive reali, sive interdictione aliquo possessorio, ut alibi diximus infra, convictus exequatur, l. à Divo Pio, §. si super rebus, ibi, si fortè jure ordinario ceperit ab eo repeti, & c. ff. de re jud. & quod sit eum hoc, cui sententia non officit lis initianda, Scaccia de appellat. quest. 12. limit. 6. memb. 4. num. 50. & 72. per Covar. & sub num. 114. Veltrius in praxi Roma. Cur. lib. 8. c. fin. post prin. ex l. cum quaritur ff. de executione rei jud. l. fin. c. si per vim vel alio modo: optimè Paul. Cast. consil. 67. viso quodam lib. 6. per totam quem sequitur Card. Tusch. pract. concl. tom. 3. lit. E, concl. 472. num. 3. si autem in illum executor exequitur excessum, seu novum hoc gravamen (non expectata condemnatione) incipit ab executione, quod est à jure valde reprobatum text. famosus ad propositum in l. 1. cujus verba sunt: nimis propeèr judex pignora Marcellæ capi, ac distrahi iussit ante rem judicatum; prius est ergo, ut servato ordine actionem adversus eam dirigas, & causa cognita sententiam accipias, & c. C. de executione rei d. l. vim nulla sententia præcessisset. ff. de re jud. hanc ita elegantem considerationem allocinavit Card. Tuschus pract. conclus. 3. tom. concl. 483. num. 4. & eandem considerationem fecit in terminis Aval. Vallas. consil. 55. num. 10. ad fin. tom. 1. quam rationem etiam allocinavit Marefc. variar. resolut. lib. 1. cap. 86. num. 43. allegans d. l. 1.

Facit etiam mirabilis Baldi doctrina in l. sancimus ad tit. C. de judiciis. Añsius in praxi cap. 21. §. 2. num. 2. quod excessus executionis dicitur casus non decisus in sententia, quæ exequitur, sequitur Cævallos de cognit. per vim viol. 2. part. quest. 159. num. 3. pulchre etiam facit quod inquit Scaccia tractat. de appellationibus, quest. 17. limit. 10. num. 28. in final. verbis, quod in excessu & omnis res executiva cessat, & vide infra cap. 4. à n. 38.

Quot autem modis excessus iste committatur, annectere utilissimum est; nam modum excedit executor de re ad rem, & de quantitate ad quantitatem, puta, quando mandatur executori, ut restituat unam rem, & restituit aliam; aut ut exequatur Petrum pro decem, & exequitur pro majori summa. Item etiam de persona ad personam, item de tempore ad tempus, vel quando rejicit exceptiones sententiæ licite opponendas, aut admittit rejiciendas, Item præposterando ordinem sibi traditum in commissione, ac imperperam interpretante sententiam, & denique quando caret

73 careat potestate, seu jurisdictione quæ omnia per singula capitula in discursu hujus operis distinctè latè prosequimur; interim autem eos modos promiscuè colliges ex gl. in l. ab executor. verbo excedat. C. quorum appellat. non recip. gl. in c. quoad consultationem, de sententia & re jud. Bart. in d. l. ab executione, n. 4. & ibi ceteri. Speculator. in tit. de executione sententiæ. §. nunc dicendum, n. 7. vers. quid si ab executor. Ruin. consil. 8. num. 1. colum. 5. Augustin. Bero. consil. 32. in causa num. 7. 15. Lancelot. Robert. de attentat. 2. p. c. 112. lim. 53. n. 28. Veltrius in praxi Roma. Cur. lib. 7. cap. 5. num. 9. & cap. 3. sub nu. 9. Marquet. de comm. 1. pari. cap. 24. à pr. Cæsar. Contar. in reperit. l. unice, C. si de non poss. limit. 19. n. 3. & per totam. Rebuff. in tract. de sententiarum executione art. 6. gl. 14. tom. 1. sub n. 3. & n. 4. & per totam glossam, & gl. n. 7. & gl. 14. n. 9. Gregor. Tholos. in tract. de app. lib. 2. c. 11. à n. 1. Roland. à Valle. conf. 43. num. 6. & 8. Vincentius Caroc. in tractat. de except. excep. 44. n. 90. A quolibet igitur prædictorum excessum appellatori ni emissè si executor non detulerit, tanquam legitime vim fieri, declarabitur in Senatu, dicunt ii omnes Doctores aliique, quos in idem adduximus supra ad princ.

74 Denique excessus potest committi, diciturque tot modis, quot potest aliquid dici plus, juxta Bald. doct. in nam in l. si cum exceptione 14. §. hac autem actio. ibi, & tot modis dicitur, ff. quod metus causa. Sigisim. Scaccia de app. quest. 17. limit. 10. n. 30. Vincent. Caroc. excep. 44. n. 90. qui colligunt ex §. plus autem instituit. de actio. & apertè ejusdem verbi (excessus) significatio, jura & Doctores hactenus adducti clarissimè demonstrant. Hinc sit, quod licet omnis excessus sit gravamen & contineat in ultitiam, prout sic intelligendus est Innocen. in c. ad nostram n. 10. de app. quem sequitur Marquessa. de commiss. 1. p. c. 14. sub n. 4. dicens quod in materia excessus, excedere, & gravate paria sunt: tamen non omne gravamen erit excessus, nam excessus plus est simplici gravamine; quia est gravamen qualificatum, plura continens specialissima dicta, & dicenda, & ad differentiam hac terminatione excessus demonstratur: faciunt quæ infra à n. 92. & sic licet executor simpliciter gravet in exequendo, ab eo gravamine appellationi emissæ denegans delationem, non vim faciet, quia ab exequutore, & executione licitam non esse exactè probavimus, licet à gravamine hoc qualificato contrarium servemus, dispar enim ratio militat in atroque, siquidem in excessu adest nullitas (ut statim) quæ permittit appellationem etiam in omnibus, ubi aliàs est prohibita. l. 4. §. condemnatum ff. de re jud. & deficit in executione potestas, & jurisdictio [quod idem est ipsum operatur, ] at in simplici gravamine, seu injustitia horum nihil concurrit, illud executor infert intra limites suæ potestatis, & commissionis, ut puta, condemnatur quis ad rem cum fructibus, & interesse, quos percipere potuit, seu eorum ad valorem absque certa quantitate, sed ita in genere & sine liquidatione taxavit, liquidavit & moderavit executor fructus & valorem, secundum quod sibi jure visum fuit: conquirit altera pars appellans, dicens se gravatam, non suspendit huic, cum sit sibi commissi incerta quantitas, gravat intra limites suæ potestatis, & non adest nullitas ut secus sit, si certa quantitas exequenda sibi fuisset commissi, quia tunc si aderet, excessisset & valeret appellatio. Et idem erit, quando certa quantitas esset commissi, si ipse minus præstaret, gravat simpliciter propter defectum illum, sed non excedit. Ratio est, quia non excedit (quod non aliter melius significari potest) sed licet faciat injustitiam, continet se intra suæ potestatis mandata, & ita quotidie videmus in supremis tribunalibus servari, habita præ oculis hac eadem distinctione, differentia, quam nos probabimus infra hoc lib. 4. per totum.

75 Salgado de protect. Re.

Et interim tamen hoc in terminis tenet Marquessa. in tract. de commiss. 1. p. cap. 24. n. 72. & 75. quod excessus committitur, quando aliquid additur sententiæ, quæ exequenda mandatur, per Felin. in cap. quoad consultat. num. 16. de sententia & re jud. Ruin. consil. 78. n. 1. vol. 5. secus autem si fuit mandatum relaxatum; puta, proscutis mille, & executor id pro minori summa exequatur, quia tunc nullum excessus potest gravamen considerari, sicuti quando summam mille executor excedat, quod ita censuisse Rotam coram D. Orano, in una Formana bonorum 8. Novemb. anno 1585. testatur idem Marquessa. ibid. num. 73. hoc etiam dicit Avenda de exequenda. 1. p. 14. n. 13. dicens, quod est ultra debitum, id dicitur excessivum, ut in c. fin. de sepult. & in c. olim. de re script. & in c. de calumniat. & in c. hoc ideo de pœnit. d. 1. & in cap. illud. de clerico excommuni. in defectu etenim non verificatur excessus, sunt namque inter se pugnantia, & contraria duo hæc nomina, excessus & defectus. illud enim scilicet, excessus dicitur pertransire modum, seu medium, hoc autem, scilicet defectus, non pervenire ad modum, seu medium; ita eleganter explicat Magister Theolog. Rodericus de sancta Ella in vocabulario Ecclesiast. in explicatione nominis hujus (excessus.)

Quomodo, quandoque iste excessus proponatur, seu 84 in judicium deducatur, hic erit sermo noster, & huic veteri & temerario ausui, ut dicit l. si contra, C. de executor. & exact. ) tria esse reperio à jure descripta remedia, quia ubi magis periculum, ibi cautiùs agitur, ac magno semper impetu lex resistit audaciæ. l. si quis in tantum. C. unde vi. Primum igitur remedium appellationis, secundum querelæ, tertium nullitatis. De primo multi sunt text. l. ab executione. C. quorum appell. non recip. l. ab exequutore ff. de app. text. in cap. novit. 32. de app. cum aliis Doctoribus supra adductis. De querela eleganter dicit Bald. in l. si ut proponis, sub n. 2. C. de executione rei jud. excessus namque tendunt in noxam reipublicæ, nam istud nomen excessus quid injustum significat, regulariterque in malam partem sumitur, optimè latèque comprobatur Avendam. de exequen. mandat. 1. p. c. 14. n. 4. & per varia exempla comprobatur. à prin. illis c. ubi amplissimè de significatione hujus terminationis excessus, quem vide.

Et quod executor qui excedit, teneatur parti de dolo, vel actione injuriæ, videndus Dyn. quem allegat Guido Papæ. tract. de appellat. q. 92. num. 59. fol. 6. Atin. in praxi jud. §. 3. i. c. 18. limit. 7. & quod faciat litem suam scribit Decius in c. novit. 43. de appell. n. 10. & quod executor excedit, si aliquid dolosè, vel lata culpa faciat, docet Bal. in l. ab executione num. 9. C. quorum appell. l. si pignora, ff. de evictio. quia tunc dolosè se egerit executor & de dolo convenitur, l. ait prator, §. si executor. ubi gl. ff. de negotiis gestis: melior & elegantior in l. si pignora, ff. de evictionibus, & ex transgressione præcepti Principis, & judicis mandantis audacia, & temeritas arguitur, d. l. contra nostra præcepta. l. prohibitum. C. de jur. fisci. & hoc idem voluit dicere Abb. in c. de catero num. 28. ante fin. de re jud. dum loquendo in excessu executoris, inquit, quod poterit gravatus etiam sine appellatione implorare officium judicis superioris contra excessum nuntii, per argumentum l. à divo Pio, §. si super rebus, de re jud. cujus recursum meminit etiam Rebuff. tractatu. de sententiarum executione articulo 7. gl. 12. sub num. 1. tom. 1. folio 374. quia de causa rectè potest proponi præfata querela.

Qua quidem utuntur Advocati quædentes in supremis tribunalibus adversus executores excedentes, & facit etiam quod dicit Anton. Gabr. commun. conclus. lib. 6. tit. de jure communi. conclus. 1. num. 1. & 3. fol. 369. quod communis à solutione collectarum si describatur in libro contribuentium debitorum, debeat appellare infra 10. dies; non immunis autem, & non privilegiatus, X x

si excessus gravetur, & ab eo ultra debitum modum exigatur collecta, poteris querelam semper ab excessu proponere, tenet Bald. in tract. de prescript. in 4. p. 4. part. p. q. 30. a num. 106. cum seqq. Bertran. conf. 181 n. 16. vers. praterea ex discursu vol. 3. in novis: optimè etiam dicit Bart. in l. ab executor. n. 4. ff. de app. dum docet quod licet per modum appellationis possit quis conquiri de iniquitate executoris; tamen potest etiam absque appellatione quandoque iudices exequentis, scilicet superioris implorare officium, quæ sunt verba aurea. de nullitate autem ob excessum intentanda, Abb. in cons. 3. Nitar. sol. 1.1. vers. decimo quaro lib. 2. sequitur Cardinalis Tuscus practicar. conclus. 3. tom. concl. 483. n. 2. littera A. & nos latius statim videbimus de hujusmodi nullitatis remedio jure inducto pro excessus revocatione a n. 101.

Et inter alia unum te utilissimum admoneo, quod quando utaris querelæ remedio simul injungas appellationem ab excessu, & ab omni processu facto ab executoro excedente; ut suspendas potestatem seu jurisdictionem executoris, neque de cætero procedere queat in executione excessus, quia appellationi ab eo, cum sit legitima, ac permilla omnino deferre tenetur executor; quod si neglexerit, vim fieri declarabitur, suaq; propria attributa suspendendi, & devolvendi habet appellatio, juxta & Doctorum cetera superius adducta probat a num. 15. & in specie quod suspendat, meminit Lancelot. de attentat. 2. part. cap. 12. lim. 53. n. 2. 4. Rota decisio 100. sub num. 19. Abb. in cap. quoad consultationem column. sin. num. 31. de sententia, & rejud. Rugin. in tractatu de appellat. quest. 17. limit. 10. num. 63. Parlador. lib. 2. rerum quotid. c. fin. 2. part. §. 3. n. 4. item monstret, & est text. expressus in l. ab executione ibi, a quo si fuerit appellatum executione suspendi putamus, & C. quorum appellat. non accip. & inferius dicemus a num. 122. cum sequentibus, & a num. 144. & a num. 154. At querela non hunc operatur effectum suspensivum, gloss. in cap. ad reprimendam, vers. suspendatur, de offic. ordinari. quam valde ibi exclamat Abb. & idem Abb. in cap. consanguinei, col. unum. penult. in fin. de re jud. Philip. Franc. in cap. directe, col. penult. de appell. Felin. in cap. lator. column. 4. de re jud. Marant. in Specul. de ord. judic. 6. p. 2. altius. princ. de app. sub num. 103. Lancelot. de attentat. 2. p. cap. 19. a princ. & nos infra a num. 34. & in ita ut hoc beneficio potiuntur, hoc simul utuntur remedio advocati cauti præcipue in supremis tribunalibus, ubi jura bene reperiuntur digesta, & difficultates melius accuratæ. Et post hæc in terminis reperio in utroque Abbatem in cap. de rejud. num. 26. dum cum Hostiensis quem allegat, probat utilius esse appellare ab excessu executoris, ut evitetur actualis executio gravaminis de facto, & ut executor superflueat; & effectus excessus suspendatur virtute appellationis ut facere solent, & idem dicit Anton. de Butrio ibi n. 15. post gl. ibi in c. quoad consultationem, de quo latius videndum est ad finem hujus capituli a num. 222.

Et illud ulterius advorto, quod quando appellamus ab excessu executoris Apostolici, sive ordinarii, ad effectum adeundi suprema tribunalia pro tollenda violentia, si non deferat, non possumus tunc uti ambobus illis remediis simul, quoniam appellatio (quia mediante, non aliter recurrimus ad Curiam Regiam, ut reponatur excessus) proponi debet coram executeore ipso, ut ipse reponat, at querela nullo modo, quia ipse de seipso cognoscere, & puniri non potest; sed necessarii ejus superior adiri debet, secundum propriam naturam querelæ, textus & ibi glossa in verbo, querelam in l. ab eo, C. quomodo & quando judex. Abbas in cap. querelam columna 2. in gl. 1. de procurat. Felin. in cap. querelam col. pe. de jurejur. infinitos congerit Marant, ubi

suprà. num. 102. & sic sola appellatio & nullitas proponitur facta (si velit) querelæ protestatione coram superiore.

Et hoc amplius, quod quando competunt in aliquo casu appellatio, & querela, cum eligatur via appellationis, debet illam præcisè proponere intrâ decem dies & non alterare ejus naturam, quod est secus in querela, quæ ad dictos 10. dies non adstringitur, sed post illos potest etiam proponi, iste est text. elegans in cap. concertation. de appellat. lib. 6. tenet gloss. in d. c. ad reprimendum. ubi Abb. & idem in d. cap. consanguinei, col. penult. in fin. Philip. Franc. in d. cap. directe d. col. penult. Felin. in d. c. lator. d. col. 4. Maran. d. num. 103. ita etiam quando eligitur via appellandi ab excessu, & in individuo; quod si appellatio ab excessu executoris interponatur post decem dies datos ad appellandum, non audiatur appellans, saltem per viam, & remedium appellationis, tenent Abb. in c. quoad consultationem, n. 10. de sententia, & rejud. not. uti. & Bald. in Margarit. ad innocen. in verbo, appellari potest a juramento, sequitur Sigismund. Scaccia de app. q. 17. lim. 10. n. 66. quare ei emissæ, sed ultra terminum; non deferens executor vim nullam faciet, cum ritè non proposita sit, ut notissimum est typis.

Intra quod autem tempus excessus per viam nullitatis in iudicium deducatur, non est modica difficultas, siquidem ingens versatur inter nostros, an excessus sit nullitas, seu actus nullus; cujus partem negativam, imò quod non sit nullitas, seu injustitia tantum, egeatque propterea appellatione loquendo in excessu ex perversione ordinis dati ad exequendum, per text. in l. a divo Pio, §. si super rebus ff. de re jud. tenent B. in d. §. si super rebus, sequitur Abb. in cap. quoad consultationem num. 27. de re jud. Bald. in aub. sed hodie, vers. nunquam in diffinitionem, C. de action. & oblig. Anton. de Butr. in c. quantiam frequent. in fin. ut licet non contestata. Socin. cons. 158. vers. non obstat. dicens ab hac non esse recedendum in iudicando. Joan. And. in cap. quoniam frequenter. Raphaël Cuma. in d. §. in vend. magis communem dicit Ill. in d. §. in venditione. n. 19. licet contrariam teneat Bertran. cons. 12. volum. 1. in antiquis, sequitur Lucas Pat. in pract. capitul. lib. 8. cap. 2. n. 1. quam etiam sequitur Rota, ut testatur Pur. dec. 318. in una Tiburtina lib. 1. fol. 410. & Mohendan. dic. 7. alius 135. Castri Tibur. de sent. & rejudic. esseque magis communem testantur Gregor. Lopez in l. 3. tit. 27. part. 3. verbo, primieramente. & Anton. Gabriel. in vol. commun. opin. lib. 2. tit. de executione sententia concl. 2. & ex eo quod jus non induxit illius text. ordinem pro forma substantiali, sed pro minori præjudicio, & ut citius fiat executio, quo non impleto pars appellare teneatur, Cæsar. Contard. in d. l. unica, lim. 18. n. 16. C. si de mom. poss. fuer. Carocius exceptio 91. a n. 3.

Contrariam tamen sententiam, & opinionem, imò quod perversio ordinis traditi per d. §. in venditione, tanquam assignatur de forma substantiali executionis inducat nullitatem, excessum, & probant multi, non contemnendæ autoritatis, Joan. de Immol. & Alexand. in d. §. in vendi. col. 5. & Felin. in d. cap. quoad consultationem column. 9. Alexand. in d. §. in venditione, & ibi Ill. vers. col. 1. dum dicit Abb. Afflicti. dec. Neapol. lib. 358. in antiquis. Maranta de ordine jud. 6. p. act. fin. de executione sentent. num. 9 fol. 652. & hanc opinionem veriorum adversus Bart dicunt Avendanus in capit. prato. 1. part. cap. 17. numero 4. Molin. de primogenis lib. 4. cap. 7. numero 24. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. p. §. 3. numero 4. & 5. dicens, quod si antea locus aliquis fuit dubitandi, nullus tamen hodie, stante lege regia.

Quid dicendum in tanto conflictu; ego utramque opinionem cum federe distinctionis (non aliter) admittam libenter, & in casu de quo loquentur utriusque

partis Doctores, retere. Prima opinio quæ habet perversionem ordinis d. §. vendit. esse injustam, non nullam: procedat in iudice ordinario, qui proprio munere exequitur sine alterius mandato, quia tunc non potest dici excessus, cum commissionem nullam egredietur. Secunda verò opinio, quæ contrarium habet, nempe nullam esse talem ordinis perversionem: procedat in executeore, ad mandatū alterius sententiam exequentem, cujus commissione vel ut exequeretur secundum jus, vel expressè, quod capiatur primò mobilia, secundò immobilia, vel etiam si nihil dicatur, quia facile inest quia tunc ex perversione ordinis sibi dati à jure, vel iudice, & non servati, oritur excessus, & per consequens nullitas; ita hanc distinctionem tradunt Alex. cons. 5. vers. posito autem, vol. 2. Afflicti. d. dec. 318. in causa inter sub n. 1. & 2. Anc. Gabr. commu. conc. lib. 2. tit. de executione rei jud. concl. 3. n. 3. Sigismund. Scaccia in tract. de appell. quest. 17. lim. 10. n. 26. Cardin. Tusc. practicarum conclus. tom. 3. littera A, concl. 483. num. 11. & Joan. Andr. supra contra citatos illam tenuit in ordinario, non tamen ausus est firmare in delegato executeore, ut advertit Anton. Gabriel. ibi sub n. 21. Afflicti. tenet Roland. à Valle cons. 33. num. 32. lib. 1. quia provisio sine juris, sive hominis facta determinato modo suo terminos egredi non debet, ex iis quæ supra sub num. 47.

Et hanc differentiam inter excessum iudicis ordinarii, & excessum executoris excedentis mandatū, constituit Bal. in l. sicut proponis n. 2. C. de execut. rei jud. quibus quidem rectè convenit, quod eleganter Parlador. lib. 2. rerum quotid. c. fi. 2. p. §. 3. n. 9. circa illam quaestionem, quando commissæ executione ordinario per superiorem censetur excitata ejus jurisdictione, aut noviter delegata, inquit in hæc. Per multum interesse si quidem cum jurisdictione delegatur, potest iudex delegata jurisdictionis terminos excedere. Porro cum ordinaria tantum excitatur jurisdictione, non potest, quod non obscure hoc dicere, affirmat text. in c. gravi de offic. ord. & l. 4. tit. 6. lib. 2. recapit. quæ doctrina respectu jurisdictionis rectè procedit, at respectu sententiæ, quam ipsemet iudex ordinarius exequitur, bene dicitur, & potest excedere, cum sententia certis limitibus ac finibus concludatur, juxta quæ latè dixi supra a n. 56. & sursum & a. n. 11. cujus respectu pariter hæc resolutio erit adaptanda, ut in ejus excessu adsit nullitas ex dicendis. Et hanc posthanc eandem differentiam constituit elegantiter citati per Puteum in dec. 318. per totam omnino videndam. lib. 2. fol. mibi 233. vide nos infra c. 13. hac 4. p. a princ. & per totum, sequitur etiam Vincentius Caroc. tract. de except. executione 61. n. 4.

Et quòd excessus quilibet mandata executionis sit nullus, nulli, vel paucis dubium esse potest; executor enim in excessu caret potestate, caret mandato, & caret jurisdictione, singulorum siquidem defectus evidenter reddunt actum nullum, & quod executeore excedente limites commissionis excessu nullus sit, pro notoria, & constanti doctrina affirmavit ipse Ab. Panorm in d. c. quoad consultationem, n. 26. ibi, quem pro contra opinione, nempe pro prima, citavimus, ubi debet intelligi, ut loquatur in ordinario exequentem, non in executeore delegato, ut in d. n. 26. sequitur Hostiensis ibi, Idem dicit Butri. ubi post gl. a. n. 15. facientes argumentum, quòd quando executor excedit, non est necesse appellare, quia actus est nullus, si non excedit, non potest ex iuris vulgatis, cui respondetur prout nos sursum, quod appellat ab excessu etiam si sit nullus, quia est utile respectu suspensionis, quam appellatio causat. Idem affirmat Sigismund. Scac. de appell. q. 17. limit. 11. sub n. 6. & executeore excedente limites suæ commissionis, faciat illam nullam ipso jure, & quòd possit per viam tam appellationis, quam per viam nullitatis in

judicium proponi: iterum tenet ipse Abb. cons. 3. Nitar. col. 11. vers. decimo quaro lib. 2. eundem citans communem dicit Card. Tuscus. pract. concl. tom. 3. littera A, conclus. 483. num. 2. & quòd sit nullus executeoris excessus Ozal. dec. Pedem. 34. n. 6. & quòd omnis excessus mandata commissionis sit nullus firmat eleganter Castalus à Bobadilla, in sua polit. lib. 2. c. 21. n. 65. allegat ad id c. venerabilis, de off. deleg. c. cum dilecta 2. de rescript. Parisium cons. 51. n. 53. & segg. vol. 4. Tiber. Decia, in 1. tomo crim. lib. 4. c. 25. n. 3. & quòd omne, quòd sit præter mandati formam, sit nullum, adeò ut nec valeat ut valere possit; probat post alios Ant. Gravati. in addit. ad praxim. Vestrii lib. 5. c. 13. sub n. 19. littera E, & est communis opinio, ut ipse affirmat post Curtium Juniorem. cons. 79. n. 2. & plus dicit eleganter Escobar. de ration. c. 38. n. 8. quòd executeore excedente modum suæ commissionis, cum excessus sit nullus, non transit in rem iudicatam, imò quocumque tempore potest excessus gravamen in iudicium deduci, & allegari; quod est originale mirabile dictum Bal. in l. sicut proponis, sub n. 2. C. de execut. rei jud. & sic formanda est universalis conclusio in hac materia: quòd excessus factus executeorem, egredientem limites suæ commissionis, si ipso jure nullus, quidquid dicat Pur. dec. 318. in fi. lib. 2. fol. 410. supra allegata, quòd sive ordinarius, sive executor sit, qui excedat ordinem in exequendo, d. §. in venditione, non adsit nullitas, sed injustitia, cum gesta ultra potestatem, & jurisdictionem sint nulla ipse jure, ut ultra citatos probat post alios Julius Cæsar Ruginel. pract. q. cap. 42. num. 9.

Supposito hoc, pro constanti dicendum videbatur, quòd facultas agendi de nullitate excessus contra executionem, non duret nisi usque ad triginta annos, quia nullitas sententiæ eo tempore durat, Bart. in l. data opera, col. 14. n. 9. C. qui accus. non poss. Salic. in l. si præses n. 6. quomo. & quando jud. Card. Alex. in cap. dilecto. 63. q. 15. prin. sub n. 96. & Franc. q. 5. n. 10. de appell. Rebuff. tr. de appell. art. 1. gl. 2. n. 19. tom. 3. fol. 485. Vantius in tr. de nulli. rubr. quoties & intra quod tempus, & sub n. 3. vers. si verò nullitas. fol. 383. Marant. de ordine jud. 6. p. act. 1. prin. n. 154. fol. 449. Papiens. in forma appell. a sententia differend. in gl. fuisse & esse nullam n. fol. 49. Bart. in l. unica n. 11. in fin. conclusit una eademque causa, & c. quæ conclusio fallit in casibus, in quibus vertitur animæ periculum, quia in eis perpetuò agi de nullitate potest. Vantius ubi proxime sub n. 8. vers. quoad remedium, fol. 83. & Marant. ubi sursum n. 154. ac propterea, saltem & ad minus nullitatem excessus durare per 39. annos, dubium non est.

Sed quòd etiam perpetuò, & sine præfinitione temporis, ultra dictos triginta annos nullitas hæc possit in iudicium quandocumque deduci, evidenter probatur, nam eo ipso quòd executor excedit modum, ac fines mandata commissionis suæ dicitur carere potestate, & in quo excedit, mandatū (quod est stricti juris) non habere, text. optimus in d. l. quicumque C. de executeoribus & exactoribus trib. c. cum dilecta de rescript. c. P. & G. de off. delegat. cum aliis iuris, & Doctoribus hætenus a num. 104. allegatis qui promiscuè loquuntur de procuratore excedente mandatū, & de executeore seu commissario illud pariter excedente, utrumque comprehenditur sub legibus mandati quoad excessum exequentis, cum illius commissio verè mandatū sit, toto tit. de off. ejus cui mandata est juris, cum infinitis aliis; & quòd mandatū ad litem, & mandatū jurisdictionis æquiparentur & sint similia, & valeat propterea de uno ad alterum argumentum probat text. in l. & quia, ibi, sicut in reliquis causis. ff. de juris omn. jud. ubi Bald. Angel. & Paul. Castren. cap. gratum, cap. relatum, de off. delegat. c. cum olim. Abb. in Innocent. de off. delegat. latè prosequitur